



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 2. Illustrati loci duo ex Æneide.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

... suo more ac modo vivere patiuntur : ait enim, non animadvertere, se in eo imprudentiæ ac temeritati licentiam ad faciendas iniurias dare. Argue hoc exponit his verbis, ὡς δ' οἱ μὴ τῆ ἀλκιμίας ταύτης ἐρρωμέ-
... ἀπὸ πλεονόμου τῆ ἀνοίας διδόντες ἐξουσίαν ὅπῃ τὰ ἀδι-
... λανθάνουσι. Sed hic quoque τῆ διανοίας perperam
... vulgaris libris legitur.

Illustrati loci duo ex Aneide. CAP. II.

Nihil temerè aut inconsideratè à Virgilio dicitur : omnia propriis & accommodatis ad id quod agitur vocibus exprimuntur : & , vbi minimè putes, aliquid plerumque reconditæ eruditionis latet. Vt in his verbis è sexto Aneidos :

*Sed non ante datur telluris aperta subire,
Laricosos quàm quis decerpserit arbore fetus.*

Cicero, quod sciam, veterum, ac ne Fulvius quidem et Guellius notarunt, cur *operta telluris* dixerit. Bonam deam & Tellurem eadem esse, vel ex Macrobio constat. Vbi autem Bonæ deæ fiebat, opertum vocabatur, quò vitis ingredi nefas erat. Cicero primo Epistolarum ad Atticum: *Quasi in operto dicas fuisse*. Et in Paradoxis: *Vt, si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares*. Nam igitur constat, cur *telluris operta* dixerit. Sed & in his è quinto versibus :

*Stans procul in prora pateram tenet, exta quæ, salsos
Porrici in fluctus, ac vina liquentia fundit.*

Platænoterem esse illam porriciendi exta in mare cõsuetudinem notarunt : ita vellem, aliquid de fundendi exta consuetudine notassent. Poterant autem è Thucydidis libro sexto: vbi Nicias, Lamachus, & Alcibiades solantes è Piræo aureis & argenteis pateris vinum in mare fudisse dicuntur. Verba scriptoris omnium

Mureti
Lectio
II
28

nium grauiſſimi hæc ſunt: *κεγτιρὰς τε κεραιότες
ἀπαι τὸ κράτευμα, ἢ ἐκ πώμασι χερσὶς τῆς ἀρπύρας
ἐπιβάται ἢ οἱ ἀρχαῖοι ἀπένδοντες.* Quod & à Dialectico
libro tertio decimo bibliothecæ, in eiusdem hæc
explicatione memoriæ proditum est.

Emendati loci aliquot è tertio libro Ciceronis De
officiis. CAP. III.

CICERONIS è lib. tertio De officiis verba sunt
Tollendū est igitur ex rebus contrahendū omne
dactum. non licitatore venditor, nec qui contra se licet
Emptor apponet. Vterque, si ad loquendum venerit, non
quàm semel loquetur. Quibus in verbis meminī ab aliis
ditis hominibus dubitatum esse, cur diceretur em-
neminem, qui contra se liceret, appositurus. Ceteri
enim solent interdum venditores in auctionibus ad-
torem aliquem apponere, qui se emere velle sum-
let: & pluris liceatur ea quæ venum exposita sunt
quàm quanti sunt: vt eo modo ceteri emptores in-
cantur. Atque hoc sæpè fieri vidimus. Emptor autem
cur, quæso, quemquam, qui contra te liceatur, appo-
nat? Id enim si faciat, obstabit sibi: neque hoc dubitandum
est, quin qui emere aliquid vult, illud potius optare
debeat, vt nemo, qui contra liceri velit, reperiat.
Quare si qui contra se liceatur apponat, non sibi con-
sulet, sed venditori. Quid igitur est? Multa ab aliis
παρομοιωμάτων allata sunt, quæ qui accuratè reflexerunt
velit, ridiculus scilicet sunt ridicula ipsa & leuia. Pec-
tum hic est, vt & in aliis libris sæpe, & in Pandectis
Florentinis sæpissimè, vt semel tantum posita sunt
litteræ, quas geminari oportebat. Legendum enim est
qui contra se liceatur, id est, qui contra alle liceatur.
enim venditor dolosè apponit, qui pluris liceatur